



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 108. Aliorum Episcoporum Sententiæ prioribus consonæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

dubitandum dicebat, quin dogma de <sup>Sæc. XVI.</sup>  
Institutione Episcorum sit articulus <sup>A.C. 1562.</sup>  
fidei, eo potissimum nomine, quod San-  
cti Epiphanius, & Augustinus Aerium  
hæreticis accenserent, eoquod facerdo-  
tes Episcopis æquales esse asseruisset, cum  
tamen propterea nec objurgatus, nec  
damnatus fuisset, nisi Episcopi a jure  
divino essent instituti.

### §. CVIII.

#### *Allorum Episcorum sententiæ prio- ribus consonæ.*

Eidem adhæsit sententiæ Episcopus <sup>Pallav. c. 14.</sup>  
Auriensis, hæc dicens: „Nihil ab <sup>n. 7.</sup>  
„hæreticis magis intenditur, quam e-  
„versio Hierarchiæ; hinc ejus firmitas  
„exacte stabiliatur distinquendo illius  
„gradus, solumque illius Auctorem esse  
„Deum, clare ostendatur.“ Hanc si-  
militer definitionem urgebant Episcopi  
Dertusensis, & Vegensis: huic tamen  
opinioni plures alii obliuctabantur Epis-  
copi, atque inter eos Guido Ferrerius  
Episcopus Vercellensis, postea Cardi-  
nalis, & Joannes Antonius Facchinet-  
tus, qui postea sub nomine Innocentii  
IX. in Papam fuit electus, qui omnes  
eiusmodi explicationem haud necessa-  
riam censebant, cum aliunde hoc dis-  
crimen re prius nondum mature discus-  
fa fieri haud valeret: insuper Andreas

F f 4      Cue-

**Sæcul. XVI** Cuesta Episcopus Legionensis tria in  
A.C. 1562. Episcopis distinxit. I. Potestatem Or-  
 dinis, II. Facultatem, & habilitatem  
 conficiendi actus jurisdictionis. Deni-  
 que illi ipsam jurisdictionem perfectam  
 ac liberam: porro ex his posterius cum  
 priori connecti tam intimo vinculo re-  
 jebat, ut ab eo separari non posset, eo  
 pacto, ut sacerdotibus vi Ordinis in-  
 absolvendi facultas, atque totum id a  
 Deo proveniat, sed quemadmodum Sa-  
 cerdos plenam, perfectamque juris-  
 dictionem non obtineat, nisi ab humano  
 superiore, ita idem contingere Episco-  
 po inquietabat, quam in rem adduxit Car-  
 dinalem Turrecrematam in lib. 2. de  
 Eccles. cap. 13. usque ad 67. Censebat  
 igitur, quod Pontificis auctoritati nul-  
 lo sit detrimento declaratio, qua dicantur  
 Episcopi ex iure divino instituti,  
 cum oporteat id intelligi de ipsorum pri-  
 maria, ac nobilissima potestate: postea  
 ipsa S. Thomæ doctrina hanc suam o-  
 pinionem confirmabat hic Episcopus.

In eandem sententiam verba fecerit  
 Bovius Episcopus Ostunensis, & Sal-  
 Vivariensis, qui petebant, ut claris ver-  
 bis definiretur, quod Episcopi sint a Deo  
 instituti, hocque jus spectet ad Ordin-  
 nem, non ad jurisdictionem: Insuper  
 Constantinus Bonellus Tiffernatum E-  
 piscopus ad illud ipsum adduxit alia  
 duo



duo testimonia ex eodem Cardinale <sup>Sæcul. XVI.</sup>  
Turrecremata super primo Canone di- <sup>A.C. 1562.</sup>  
stinct. 21. & super Canone *legimus* in di-  
stinct. 93. adducta.

## §. CIX.

*Sententia Episcoporum institutioni ex  
jure divino faventium.*

Verum contrariam opinionem propu-  
gnabat Gadas Episcopus Lucensis,  
arguens, quod a Deo Episcopi potissi-  
mum, ut populum regerent, ac mode-  
rarentur, fuerint positi, adeoque repu-  
gnaret divinæ sapientiæ is, qui diceret,  
ipsis collatam a Deo non fuisse au-  
toritatem: postea Synodi Constantien-  
sis auctoritate suam opinionem confir-  
mabat: attamen Franciscus Gibertus  
de Noguera Episcopus Aliphanus mediæ  
cuidam sententiæ adhæsit, ratus, ju-  
risdictionem quidem Episcopis traditam  
a Christo, illius vero materiam ad eam  
exercendam ipsis designatam a Ponti-  
fice: his addit verba illa, *Pasce oves  
meas*, non fuisse soli Petro dicta, sed re-  
liquis etiam Apostolis, juxta doctrinam  
quam tradiderunt S. Leo I. in serm. 2.  
in die Natali SS. Petri, & Pauli & Au-  
gustinus in lib. Pastorum; Cyprianus,  
Ambrocius, & Innocentius III. in sua e-  
pistola recens in lucem edita, qui omnes  
fatentur, quod Christus locutus fue-

*Pallav. n.8.*

F f 5 rit